N. 1370.

CURRENDA VI.

A. D. 1870.

N. 574.

C. k. wojskowa Komenda 20. pułku liniowego w Nowym Sączu udzieliła Biskupiemu Konsystorzowi odezwę niniejszéj treści, którą się Wielebnemu Duchowieństwu ogłasza z poleceniem, aby się do niéj ściśle zastósowało.

„Często nadsyłają dusz pastérze wykazy z metryk ślubów i pogrzebów wojskowych nie według istniejących przepisów sporządzone; albowiem na jednym i tym samym wykazie mieszczą się wojskowi nie tylko do różnych oddziałów jednego pułku należący, ale nawet z różnych pułków, co oczywista sprawia, że nie można tych wykazów dotyczącym oddziałom wojsk posyłać w oryginale.

Raczy przeto Biskupi Konsystorz uprzejmie zarządzić, aby zawiadowcy parafij wystawiając z metryk wykazy dla wojskowych, *osobny wykaz* sporządzali dla każdego indywiduum.“

Nowy Sącz i t. d.

Władza Dyecezalna spodziewa się, że Wielebne Duchowieństwo pojmując należycie swoje obowiązki, zechce temu wcale słusznemu żądaniu sumiennie zadosyć uczynić.

W Tarnowie 10. kwietnia 1870.

L. 1278.

Prześwietne c. k. Namiestnictwo udzieliło Biskupiemu Konsystorzowi pod dniem 13. kwietnia 1870. do L. 13201. Okólnik do wszystkich PP. c. k. Starostw treści nanastępującéj.

Ustawa krajowa z dnia 10. stycznia r. b. (D. U. K. L. 18.) oznacza dzień ostatniego czerwca r. b. jako ostateczny termin do zgłoszenia w c. k. Dyrekcyi funduszu indemnizacyjnego we Lwowie, nieindemnizowanych dotychczas danin, ze stósunku poddańczego, lub podziału własności, albo też z obowiązku uiszczania dziesięciny wynikających.

Ustawa ta orzeka zarazem, że uprawnieni do pobierania powinności poddańczych utracą prawo do żądania indemnizacyi, jeżeli w powyższym terminie nie zgłoszą tych powinności.

Ponieważ wniesione bywają często do c. k. Namiestnictwa spory między plebanami a osadnikami na plebańskich gruntach, czy to należących do osobnych folwarków lub téż do zwykłych gruntów erekcyonalnych — o uiszczenie danin za używanie gruntów nadanych jeszcze przed r. 1848, co okazuje, że władze powołane do osądzenia, czy te daniny nie podpadają indemnizacyi, jeszcze nie wydały wyroku, przeto obawiać się trzeba, że przez niezgłoszenie tych danin do pomienionéj Dyrekcyi w terminie oznaczonym, narażonym zostanie na straty majątek dotyczących plebań.

Z tego powodu upraszam Pana, byś zwrócił bezzwłocznie uwagę wszystkich beneficyatów w powiecie na doniosłość powołanéj ustawy i wezwał ich, aby jak najspiesznićj wykazali c. k. Namiestnictwu osadników, którym grunta plebańskie przed rokiem 1848. nadane zostały, a od których uiszczane daniny niezostały dotychczas indemnizowane, zarazem by wyszczególnili te daniny, ile możności wyjaśnili kiedy i na jakiéj podstawie nadanie gruntów nastąpiło.

Korzystném będzie także dla beneficyatów, a względnie i funduszu religijnego, jeżeli pierwsi zarazem wykażą, jednakże osobno od powyższych powinności daniny, które pochodzą z obowiązku uiszczania dziesięciny, gdyż z większemi kosztami i trudniéj będzie przeprowadzać spory o tytuł prawny, na którym te powinności polegają, w drodze zwykłego procesu, — niżli sposobem ustawami indemnizacyjnémi wskazanym.

Lwów dnia 13. kwietnia 1870.

Wszystkim dusz pastérzom, klasztorom tudzież innym korporacyom duchownym do wiadomości o ile posiadają dobra lub pobierają powinności indemnizacyi podlegające a jeszczcze nie spłacone. W Tarnowie 19. kwietnia 1870.

L. 1277.

Pod dniem 27. marca 1870. do L. 7465. udzielić raczyło Wysokie c. k. Prezydyum Namiestnicze Biskupiemu Konsystorzowi dyrektywę w sprawach wyznaniowych następującéj osnowy:

Według wys. reskryptu Jego Ekscelencyi Pana Ministra Wyznań i Oświaty z d. 7. lutego 1870. L. 184 wniosły ordynariaty biskupie trzech katolickich obrządków galicyjskich pod dniem 26. sierpnia 1869 do wys. Ministerstwa Wyznań i Oświaty memoryał wystósowany przeciw reskryptowi tegoż Ministerstwa z d. 7. lipca 1869 L. 3865, w którym powołując się na art: 15. ustaw zasadniczych państwa z d. 21. grudnia 1867 o ogólnych prawach obywateli państwa, nazywają przejście z jednego katolickiego obrządku do drugiego wewnętrzną sprawą kościelną, która podlegać winna nie ustawie z d. 25. maja 1868, lecz odnośnym normom kościelnym. Memoryał ten wylicza przytem różne trudności, któreby powstały wtedy, gdyby do sprawy téj zastósowano art. 6. ustawy z d. 25. maja 1868.

Metropolitalny Ordynariat lwowski obrz. łać. nie czekając odpowiedzi na powyższy memoryał wystósował do duchowieństwa swéj dyecezyi okólnik z d. 18. września 1869. w którym zasady tego memoryału co do zmian obrządkowych poleca uważać za prawidło.

Na ten memoryał Jego Ekscelencya Pan Minister Wyznań i Oświaty porozumiawszy się z J. E. P. Ministrem spraw wewnętrznych orzekł w wyż powołanym reskrypcie, że wzmiankowany okólnik metropol. ordynariatu lwowskiego obrz. łać. może być dla sumienia tych, którzy chcą przejść z jednego obrządku do drugiego, obowiązującym, i że w tym względzie pozostawia się władzom kościelnym wolność wykonywania poleceń w owym okólniku zawartych, o ile to tylko nie przekroczy granic ich kompetencyi, ustawami państwa określonych. Rząd cesarski jednakże przestrzegać musi ustaw, według których nikt nie może być zmuszonym do jakiegoś aktu kościelnego lub do udziału w kościelnéj uroczystości (art: 14. zasadniczych ustaw państwa z d. 21. grudnia 1869 D. U. P. L. 122) i według których każdemu po skończonym 14. roku życia przysługa prawo wolnego wyboru obrządku religijnego podług własnego przekonania, i w którym to wolnym wyborze, władze rządowe w razie potrzeby chronić go mają (art. 4. ustawy z dnia 25. maja 1868. D. U. P. L. 49.)

Organa rządowe działałyby więc wbrew powyższym ustawom, gdyby chciały przymuszać kogo do pozostawania przy swoim obrządku dotąd, dopóki mu na przejście do innego katolickiego obrządku władze kościelne nie zezwolą. Kto albowiem chce, by wystąpienie jego z obrządku do którego należał miało na zewnątrz prawne skutki, potrzebuje tylko według postanowienia art. 6. ustawy z dnia 25. maja 1868. D. U. P L. 49. uwiadomić o tém władzę polityczną. W razie wstąpienia do innego kościoła lub innego obrządku tego samego kościoła wymaga wprawdzie ustawa z dnia 25. maja 1868, aby wstępujący zawiadomił osobiście o swym zamiarze wstąpienia przełożonego lub dusz pastérza nowo obranego kościoła lub stowarzyszenia wyznaniowego (obrządku), z czego jednak stósownie do art. 15. ustawy z dnia 21. grudnia 1867. D. U. P. L. 142. wnosić nie można, by nowo obrany kościół lub nowo obrana społeczność religijna zmuszoną być mogła do przyjęcia kogoś, który z innego kościoła lub z innego obrządku tego samego kościoła wystąpił.

Kto więc tego przyjęcia nie uzyska, będzie uważanym przez władze rządowe jako nienależący do żadnego kościoła lub stowarzyszenia wyznaniowego.

Tylko w ten sposób da się w powyższéj sprawie pogodzić każdemu przez ustawy zasadnicze przyznana wolność sumienia i wyznania, z samodzielnością w uporządkowaniu i administracyi spraw wewnętrznych przyznaną temi samemi ustawam izasadniczemi każdemu kościołowi i prawnie uznanym stowarzyszeniom wyznaniowym.

Lwów dnia 27. marca 1870.

Wielebnemu Duchowieństwu do wiadomości w zakresie swego urzędowania.

W Tarnowie dnia 19. kwietnia 1870.

L. 1350.

Ogłoszenie.

Organista biegły w swéj sztuce a obeznany z obowiązkami kościelnemi — człowiek dobrych obyczajów i polecenia godzien przyjąć gotów posadę opróżnioną przy kościele parafialnym w mieście lub na wsi.

Polecano dawniéj takich i dziś się to czyni dla dogodności Wieleb. Duchowieństwa, któremu bliższych pod tym względem skazówek udzieli w razie potrzeby kancelarya konsystorska. W Tarnowie dnia 26. kwietnia 1870.

Continuatio motivorum.

XXIX. Oblivio haec praesentiae divinae non immerito dici potest principium et causa distractionum et negligentiarum nostrarum in exercitio functionis talis, quae deberet elevare corda nostra; et qua occupati deberemus *sursum corda* habere *ad Dominum.* Eaque de causa saepe finimus et absolvimus opus tam sanctum; parvum ac exiguum de eo fructum referentes; ita ut non male in nos quadret haec exprobratio Prophetae Aggaei olim Judaeis facta: *Seminastis multum, et intulistis parum*, cap. I. Imaginatio occupata aliis objectis, et nimia applicatio ad res sensibiles nos detorquent ab ea, quae deberet esse praecipua applicatio nostra. Fatalis sane conditio hominis! quippe qui beatificandus sola Dei praesentia, ab ea tamen ipsa sua conditione seu natura detorquetur. Haec oblivio Dei, in quam tam facile labimur, nobis in memoriam reducat fragilitatem et miseriam nostram in humiliationem: ut minimum volentes et scientes in ea non haereamus. Surgamus de somno isto, qui nos opprimit: advertamus ad ea, quae facimus. Deus nos semper intuetur, semper de nobis cogitat: igitur, quantum possumus, eum animo volvamus, et attenta mente consideremus. Si fragilitas nostra nos deprimit: elevet nos devotio vigilantissima: *Sta super pedes tuos, et loquar tecum*, ait Angelus ad Ezechielem Prophetam, cap. 2.

XXX. Ad renovandam et animandam attentionem nostram; in principio, decursu et fine Officii divini, recitamus Orationem Dominicam. Omnes petitiones nostrae referuntur ad ea, quae continentur in oratione ista excellentissima ab ipso Domino nostro Jesu Christo proprio ore dictata. Recitamus eam in principio Officii, ut virtute ejus dissipentur omnes vanae cogitationes; utque anima sic purificata et bene praeparata ad canendas Dei laudes, non frustretur dulcedine et svavitate suae devotionis. In fine: ne inimicus de corde nostro tollat *bonum semen* verbi Dei, quod Spiritus Sanctus ibi durante Officio, seminavit; aut ne extinguat ignem charitatis divinae, quem recepimus; ac pro eo accendat flammas foetidas ac funestas concupiscentiae. Dum eam dicimus secreto; admonemur, quod per humilitatem interiorem digni effici debeamus stare in conspectu illius, qui est *scrutans corda et renes Deus, Ps.* 7. et quod persuasum habere debeamus, non tam sono vocis,

quam puritate et compunctione cordis moveri Deum ad nos exaudiendum. Recitantes illam alta voce, recogitare debemus, misericordiam divinam omni modo laudandam et glorificandam esse; deinde illam esse orationem publicam, qua Ecclesia pro universis filiis suis a Deo postulat gratiam; denique Fideles per hoc admoneri, ut *pacem et veram concordiam* conservent, alioquin a Deo non exaudiendi. Pariformiter versus *Gloria Patri*, voxque *Amen*, quae toties pronuntiamus; mire attentionem nostram excitare, omnesque distractiones ac tepores depellere debent. Paucis multa significamus verbis; iisque quasi synopsim seu recapitulationem facimus omnium, quae diximus.

XXXI. Dum recitas Officium divinum eo, quo decet, modo; magna inde resultant bona, non solum in gloriam Dei, qui tunc honoratur; nec tantum in utilitatem Ecclesiae, quae per id sanctificatur; sed etiam tibi - ipsi, qui hoc medio acquiris novos gradus gratiae, et meritorum; imo etiam dulcis tranquillitatis animi, quam opus bonum secum adfert tamquam praemium hujus vitae: *Gloria et honos, et pax omni operanti bonum.* Rom. 2. Poeniteat te, quod tantis privatus fueris bonis, eo quod non satis consideraveris aestimaverisque dignitatem Officii divini. Deus tantopere offenditur a peccatoribus, tantopere maledicitur a daemonibus et damnatis: compensa et, quantum potes, repara tot tantasque injurias divinae Majestati illatas. Cogita, quod a te petatur, sicut a Propheta Jona, cap. 1. *Quod est opus tuum? quae terrae tua, et quo vadis? vel ex quo populo es tu?* Et responde, magis affectionibus operibusque tuis, quam verbis: *Dominum Deum Coeli ego timeo.* Cultus, quem a te petit Deus ille magnus, est devota officii tui recitatio. O si tantas Deo laudes reddere posses, quantae ei maledictiones dicuntur in inferno, et injuriae irrogantur in mundo! hunc in finem vocem tuam adjunge vocibus Angelorum et Beatorum, omnium bonorum Sacerdotum, Religiosorum et Monialium piorum; qui Deum digne et rite laudant in terra. Dum incipis Officium tuum, cogita, quod omnigenae personae sese commendent precibus tuis; justi pro dono perseverantiae; peccatores pro conversione et reconciliatione sua: omnes tuum rogitant auxilium. Quanta ei expectanda est exprobratio, qui deest muneri suo! Igitur *benedicamus Domino: laudemus, et superexaltemus eum: gratias agamus Domino Deo nostro* assidue in hac vita, *ut digni efficiamur*, eum laudare in saecula saeculorum, amen. *Psallite Deo Nostro, psallite Regi nostro, psallite... psallite sapienter.* Ps. 46.

Continuatio

Casuum liturgicorum.

50. Cooperator tam in Ecclesia parochiali quam in filiali celebrare solet, talari veste non indutus. *Quaer.* An peccati reus sit? *Resp.* Affirmative, certe in Ecclesia parochiali, quia agit contra Rubricas Missalis (Tit. de praeparat. Sacerd. celebraturi), et contra sacros Canones (Can. non liceat dist. 23. Const. dioec. Ratisb. P. 1. c. 3. §. 5. n. 2.),

et contra reverentiam tanto Mysterio et Sacrificio debitam; in Ecclesia filiali vero, si ad eam iter aliquod arduum luteumve peragere debeat, tolerantia quadam a culpa excusatur, dummodo vestis sua brevior nigri coloris sit. Caeterum curet, ut in Ecclesia filiali quoque, ubi Missam celebrare solet, vestem talarem teneat, secus incuriae culpa non vacabit.

51. Parochus quidam ruralis summo mane in urbem profecturus celebravit in Ecclesia sua Missam tribus horis ante solis ortum. *Quaer.* An id sine culpa fecerit? ***Resp.*** Negative; nam a Bened. XIII. strictissime decretum est, ne Missa inchoetur una tertia parte horae ante auroram, quod aequivalet 1 ½ horae ante solis ortum; parochus vero per tres horas solis ortum prævenit. — Communissima quidem D. D. sententia est, quod ex causa itineris liceat Missam inchoare per horam ante auroram (S. Alphons. lib. 6. tr. 3. n. 344.), attamen istum quoque terminum transgressus est parochus noster.

52. Sacerdos ita submisse celebrat, ut circumstantes vix quidquam audire possint. *Quaer.* Num sit sine culpa? ***Resp.*** Negative; revera enim Minister Ecclesiae in persona populi orat, et Rubricae praescribunt, quid alta, quid submissa voce dicendum sit.

Cf. Rubr. part. 1. til. 16. et S. Alphons. lib. 6. tr. 3. c. 3. dub. 5. n. 413 etc.

53. Cooperator, cum in ecclesia rurali in die depositionis cujusdam Sacrum facere deberet et planeta nigri coloris, quae resarcienda alio portata erat, deesset, assumsit planetam coloris violacei et celebravit Missam de Requiem. *Quaer.* Num rite? ***Resp.*** Affirmative; urgente enim aliqua rationabili causa permittitur usus violacei coloris pro Missis de Requiem. *S. R. C. 21. Jun. 1670 et 16. Sept. 1801.)*

54. Parochus quidam ruralis, Cooperatore carens, fortuito in indice dexterae manus ita vulneratus est, ut ipso uti non possit pro Sacro celebrando. *Quaer.* Anne alterum digitum adhibere possit ad celebrandum in die dominica incidente, ut populus praeceptum de Sacro audiendo adimplere valeat? ***Resp.*** Negative; obstat enim regula generalis: Quidquid impedit, ne Ordo suscipiatur, prohibet etiam ne susceptus Ordo ministretur et exerceatur; qui vero pollice vel indice caret aut habet digitos adeo infirmos, ut sacram Hostiam frangere nequeat, a Sacerdotio juxta canones repellitur, ergo talis Sacerdotio jam initiatus ab ejus exercitio.

(Cf. S. Alphons. lib. 6. tr. 3. c. 2. art. 2. n. 244.)

55. Sacerdos quidam caecutiens, qui privilegium accepit Missam votivam B. M. V. et de Requiem celebrandi, consulit parochum suum et Vicarium, num in die Nativitatis Domini tres Missas votivas B. M. V. celebrare possit. Prior affirmat, posterior vero negat. *Quaer.* Utra responsio sit vera? ***Resp.*** Responsionem negativam, cum per Decretum S. R. C. 11. April. 1840 talibus Sacerdotibus celebratio trium Missarum votiv. in Natali Domini prohibita sit.

56. Quodam anno Festum Titularis Ecclesiae, in qua solus parochus adest, occurrit feria aliqua Rogationum. *Quaer.* Qualis Missa in processione celebranda sit? ***Resp.***

Missa de Titulari cum commemoratione Rogationum et quidem sub unica conclusione.

S. R. C. 24. Febr. 1847.

57. Cooperator quidam, in fer. VI. in Parasceve loco aegroti Parochi celebrans, post cantatum Pater noster (in Missa Praesanctificatorum) dextera manu sacram Hostiam elevat, Patenam manu sinistra supra Altare posita tenens, et postquam s. Hostiam in tres partes diviserat, ultimam sine facto crucis signo mittit in calicem more solito, nihil tamen dicens. Finito Officio Cooperator senior, qui ut Diaconus ministraverat et annis prioribus viderat, a Parocho celebrante contrarium esse factum, non potuit non interrogare Celebrantem, cur non simul Patenam cum s. Hostia elevasset et crucis signa in Particulae immissione in calicem omisisset? *Quaer.* Responsio Cooperatoris? *Resp.* Quia Rubricae et S. R. C. Decreta hoc praescribunt; illae enim loquuntur de elevatione s. Hostiae solius, uti et omnes Rubricistae annotant, et haec declarant (7. Aug. 1627), Particulam esse immittendam in calicem sine consuetis crucis signis.

58. Cooperator die dedicationis Ecclesiae parochialis Sacrum facturus in Ecclesia filiali, consulit Parochum, an debeat ibi celebrare Missam dedicationis? *Quaer.* Quid Parochus rite respondeat? *Resp.* Cooperatorem debere celebrare Missam de die, quia dedicatio Ecclesiae cujuscunque, quae non sit cathedralis, in ipsa tantum celebretur.

(S. R. C. 17. Aug. 1709.)

59. Petrus Cooperator in Sabbato infra aliquam Octavam B. M. V. recitans Officium de aliquo Sancto eo die occurrente debet Missam votivam de B. M. V. celebrare, sed dubius haeret, utrum Missam votivam an festivam teneatur cantare; quapropter consulit Parochum. *Quaer.* Responsio Parochi? *Resp.* Missa festiva cum Gloria, sed sine Credo cantanda est. *(S. R. C. 2. Dec. 1684.)*

60. Duo Parochi rurales vicini, qui Cooperatorem non habent et per decursum anni plura anniversaria sine cantu celebrare tenentur, diversum ritum observant; alter nempe dicit in duplicibus minoribus Missam de die, contendens, omnes Missas privatas de Requiem in duplicibus esse prohibitas; alter vero Missam de Requiem, contendens, anniversaria esse excepta. Pro uniformitate in futurum consulunt Vicarium episcopalem. *Quaer.* Quid rite respondendum? *Resp.* Occurente **die vere anniversaria ab obitu dici potest in festo dupl. min. una Missa privata de Requiem sine cantu.**

S. R. C. Jun. 1700.

61. Parochus quidam novam Albam emerat, cui in fimbriis sub velo transparenti fundus ruber appositus erat; Collega vero vicinus, qui in quadam festivitate in ipsius Ecclesia Missam solemnem cantare debebat, illam Albam induere noluit, quia, uti ajebat non licet talem fundum sub velo transparenti mittere. *Quaer.* Num id vere prohibitum sit? *Resp.* **Affirmative, uti patet ex Decreto S. R. C. 17. Aug. 1833.**

62. Mater, quae mortuum infantem pepererat, petiit a Sacerdote ut Missam pro illo applicaret? *Quaer.* Num licitum sit? ***Resp.*** Negative; nam applicatio directa pro eo, qui extra visibilem Ecclesiae communionem decessit, juxta S. S. Patres et jus eccl. prohibita est, *Cf. S. Cyprian. epist. 66.; c. 27. 28. D. 1. de cons. et Reiffenst. Jus. can. l. 3. c. 28. §. 3.)*

63. Duo Cooperatores de applicatione Missae pro populo diebus dominicis et festivis inter se dissident. Alter contendit, Parochum istam applicationem alii Sacerdoti committere non posse, sed ipsum tali oneri satisfacere debere; alter vero, Parochum debere per alium Sacerdotem satisfacere, si ipse summum Sacrum non celebret. *Quaer.* Uter recte opinetur? ***Resp.*** Neuter; namque quilibet Parochus potest *accedente justa et legitima causa* adimplementum Missae pro populo applicandae alii sacerdoti committere seu per alium sacerdotem hanc Missam celebrare facere (S. R. C. 23. Sept. 1847 et 22. Jul. 1848), et potest ipse privatim applicare pro suis, quin requiratur Missa solemnis.

(S. R. C. 27. Febr. 1847.)

64. Cooperator expositus, quaerit ex parocho, num diebus dominicis et festivis ad applicandum pro populo obligetur? *Quaer.* Quid rite respondeat parochus? ***Resp.*** Negative; nam ad applicationem pro populo solum tenentur, qui animarum curam *primariam* exercent, non autem, qui cura *subsidiaria* funguntur uti Cooperatores, etsi expositi.

(Cf. S. R. C. 14. Jun. 1845.)

65. Sacerdos pauper, ut sex Missas celebraret, accepit sex stipendia dimidio minora, quam solita ab Episcopo statuta; tres vero duntaxat Missas celebravit, ad omnes legendas in rigore haud obligari se existimans. *Quaer.* An peccaverit et an teneatur celebrare etiam alias tres? ***Resp.*** Peccavit mortaliter teneturque coram Deo alias quoque tres Missas celebrare aut honoraria restituere.

(S. Thom. in 4. dist. 45. q. 2. art. 4. quaest. 3. ad 2. Decret. Urban. VIII. confirm. ab Innoc. VII. in bulla: Nuper. etc. S. Alphons. lib. 3. tr. 3. c. 2. dub. 3. n. 320. dub. 3.)

Continuatio sequetur.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 26. Aprilis 1870.

Ex mandato Illustrissimi ac Rever. Praesulis

Franciscus Ser. Szlosarczyk,

Officialis ac Vicarius generalis.

Cyprianus Netuschill,

Cancellarius.

Tarnoviae, 1870. Typis A. Rusinowski, Typographi Episcopalis. Impensis Consistorii.